

eius, ubicumque fuerint, quantum eis bonum super hoc apparuerit; et propter hoc non remaneat quod tarreta non discaricetur.

St. Zen, LXXXVIII.

[48]. *De termino ad quem patroni debent discaricare tarretas.*

Uolumus quod si patroni tarretarum ad terminum eis impositum tarretas non discaricarent, tunc iudices possint eis penam et penas imponere et auferre, ut in statuto nauium continetur.

St. Zen, LXXXV.

[49]. *Si discordie fuerint inter patronos et mercatores postquam tarrete fuerint discaricate.*

Precipimus quod postquam tarreta fuerit discaricata, si aliisque discordie inter mercatores et patronos fuerint orte, et pignus pro illis discordiis non fuerit datum iudicibus, si infra unum mensem non pecietur racio a predictis, ex tunc in antea nulla questio uaileat inde morari, saluis questionibus quas debent nostri consules difinire. c. 260

St. Zen, L, XXXIII.

[50]. *Quantum stare debent marinarii cum patronis et mercatoribus tarretarum que fuerint passe naufragium.*

Statuimus quod marinarii tarrete naufragium patientis cum patronis et mercatoribus ipsius tarrete per quindecim dies postquam passa fuerit naufragium stare et moram facere teneantur, ut in statuto nauium continetur.

St. Zen, XCII.

[51]. *Quod omnes conuenciones sint firme que fuerint inter patronos et naulizatos et alios de tarretis.*

Precipimus ut omnes conuenciones que facte fuerint